

ad comedendum, et si laborabunt in servitio comunis, venire ad sonum tintanabuli comunis et tenere dictum laborerium, et non de ipso exire tota die, preter quam ut dictum est, usque ad sero ad sonum ipsius tintanabuli, etiam sub pena quadraginta sold. par. pro quolibet, tam in veniendo quam in recedendo. Nec vietare servitium alicuius civis cum fuerint requisiti. ¶ Et accipere a festo sancti Michaellis usque ad primum diem marcii solum in die tres sold. cum expenssis domini et licofo, et a primo die marcii usque ad festum sancti Michaellis cum expensis domini et licofo in ¹⁾ die tantum quatuor sold. par., preterquam in tempore vindemiarum, in quo accipiant cum expenssis domini et licofo tantum in die quatuor frx. ¶ Item accipere cum suis expenssis a festo sancti Michaellis in antea usque ad primum diem marcii tantum quique sold. in die et cum licofo, a prima vero die marcii intrante usque ad festum sancti Michaellis accipere cum suis expensis tantum in die sex sold. cum licofo. ¶ Item laborare ad voluntatem domini laborerii sive cum expensis ipsorum sive domini laborerii, et habere feramenta eorum parata ad laboreria predicta, (et si contra fecerint) et non contra facere, etiam pena decem sold. par. pro quolibet et qualibet vice contrafacta.

Cap. LVIII. De electione canipariorum fraternitatum Tergesti. Et de eorum officio.

88 A **O**rdinamus quod ad utilitatem et conservationem fraternitatum civitatis Tergesti in electione canipariorum // 25 quarumlibet fraternitatum Tergesti procedatur in hunc modum: videlicet quod electio dictorum canipariorum fieri debeat in palacio comunis temporibus debitis et consuetis, prout festum illius fraternitatis acciderit. ¶ Et quod caniparii fraternitatis qui erunt pro tempore, octo diebus ante festum dicte fraternitatis cuius erunt caniparii, teneantur facere congregari omnes fratres qui haberi po(r)terunt in palacio comunis pro electione dictorum novorum canipariorum fienda, et ipsis tunc 30

¹⁾ in - quo aggiunta marginale.